

## **Clypeus Theologiæ Thomisticæ**

In Tres Partes Divisus, Et Quinque Volvminibvs Comprehensvs

[Tractatus de attributis, de visione beatifica, de scientia Dei ac de ejus voluntate et providentia]

**Gonet, Jean-Baptiste**

**Coloniæ Agrippinæ, 1671**

Art. V. Responsio ad testimonia Calvinistarum ab Adversario objecta

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77132](#)

## ARTICULUS V.

*Refutatio ad testimonia Calvinistarum ab Adversario obiecta.*

Quid non in desperata causa patrocinium  
centavit Adversarius, cetero terraque evoca-  
tis copias in nos insurgens? Infeliciglutine, Patri-  
bus Hereticos; Orthodoxyis molles, rigidosque  
Calvinitas attexuit; illudque furentis Deæ, cum  
Pœta exclamasse dixeris,

*Habemus nequos superos, Acheronta movebo.*

Venimus inter extremos astuantis animi impe-  
cunia moderatior Junio: ab Iove siquidem initium  
bellum impicatur, ad vocaque primò in patroci-  
nium suum celeste numen; nec nisi subtrahit hoc  
juramento, interpellat Acherontem, Acherontem  
punita derulisse videtur Adversarius: nam Molin-  
ianum, Amesium, Twiflum, similesque cultuina  
pavent Novatores, & inferni satellites ac mi-  
nulos, supplex sibi pugnae in Thomistis patro-  
nis primo alciscit; nec nisi negato aut evacuato  
fundi hoc auxilio, cœlos pulsat, vocatque ultimi-  
mos desperata cause sua protectores, licet invi-  
tos, Waldensem, Bellarmimum, Perronium, So-  
natum viros inclita fidei, confundatque sapientie  
multoque jure Hæreticos non dico postpon-  
endos, sed nec componendos; maximè a viro  
Catholico & Religioso.

Obicit ergo primo iudicium Petri Molinæi,  
qui in Anatomie Arminianismi, dum explicat  
quam fuit illi Pontificis, qui sua, hoc est Cal-  
vinii doctrina, repugnant, eos esse dicit, qui Pelagianum  
ita interpolaverant, sicut Arminianum Papismum.  
Unde cum Arminiani in materia de  
gratia & prædestinatione, Molinæ & Jesuita-  
rum doctrinam sequantur, concludit Adversarius:  
Quis non vider Papismum, hoc est non Calvinismum,  
converte cum doctrina Jesuitarum? subinde-  
que Thomistarum doctrinam adversam, ad non  
Papismum sed Calvinismum pertinere.

Verum non habet magnum pondus ab Hære-  
tici autoritate petita argumentatio: quid enim  
respondeam, nisi quam tuor credi iis hominibus, qui  
de credere noluerunt. Agnosceret haec verba, &  
probabit forsitan Adversarius que scripsit disp.  
i. cap. i. libri de scientia media. Sanè non posset  
esse iniquius Catholicorum conditio quam ut  
Hæreticos, qui fidem omnem & aquitatem  
adserentes, iudicesset haberent.

Secundo, si hoc Molinæi testimonium vim al-  
liquam habeat, non minus Adversarius quam  
Thomistis negotium faceret. Nam Arminiani  
non solum rejecunt prædefinitiones absolutas,  
& a prævisione scientie mediæ independentes,  
sed etiam prædestinationem gratuitam, & præ-  
stitionem meritorum antecedentem. Ergo si  
quidquid Arminiani docent in materia de gratia  
& prædestinatione ad Papismum pertineat, &  
opportunit ejus ad Calvinismum, illud etiam  
consequitur, doctrinam de gratuita prædestina-  
tionem eleccione, ad non Papismum, seu ad Cal-  
vinismum pertinere: quod quam temerarium  
est affirere, facile Adversarius adverteret ex his  
quæ de prædestinatione gratuita Bellarmensis di-  
xit libro 2. de gratia & libero arbitrio c. 11. Hec  
(inquit) sententia, non quoru[m]vis Doctorum opinio, sed  
fides Ecclesiæ Catholica dicitur debet. Tum etiam, quia

A ipsem Adversarius supra paginæ 512. editionis  
Tolosanæ, Scripturæ, Augustinæ, & aliis proba-  
toribus Theologis, hanc sententiam confor-  
miorem esse fatetur. Tum denique, quia Suarez,  
Bellarminus, Toletus, Ruizius, Salmeronius,  
Maldonatus, aliqui celebriores Societatis  
Theologi, ei adhaerent. Unde si illa ad non Pa-  
pismum, seu Calvinismum pertineret, sequeret-  
tur Doctrinam Societatis, cum non Papismo, seu  
Calvinismo converti.

Tertio, ut verissimam solutionem subjungam,  
dupliciter potest aliqua sententia dici pertinere  
ad Papismum. Primo quia à Summo Pontifice;  
tanquam de fide certa sancta ac definita est. Se-  
condo, quia ab illo & Romana Ecclesia tolera-  
tur, aut permittitur. Si Papismus primo modo  
sumatur, neutra opinio vel affirmans vel negans  
scientiam medium, aut prædefinitiones absolu-  
tas & efficaces, potest dici ad Papismum perti-  
nere, cum neutram tanquam de fide tenendam,  
Romanus Pontifex definierit. Si vero Papismus  
secundo modo sumatur, utraque sententia & af-  
firmans & negans, ad Papismum pertinet; quia  
Summus Pontifex utramque approbat & per-  
mittit, ac disputationi Theologorum relinquit.  
Dicimus igitur, etiam salvâ Adversiorum pa-  
ce, Papismum totum intra Jesuitarum Scholam  
minime concludi, sed etiam ad Papismum perti-  
nere, ea ab Ecclesia Romana, Pontificibusq. D.  
Thomæ & Thomistarum doctrinam probari; ne-  
que Arminianos duntaxat; quibus iam novus  
Molinistarum titulus accessit, sed & Thomistas,  
& quotquot Catholici sunt, Calvino repugnare.

Sed demum, si quid authoritatē tribuendum  
est perdita fidei homini, & hæretico, Virum Re-  
ligiosum, integrumque fideli oppono, ut constet  
Arminianos, non Papismum interpolasse, in fal-  
so Molinæus scripsit; sed Semipelagianismum  
restituisse Testem adduco Partem Franciscum à  
S. Augustino Macedo, Franciscanum Observan-  
tem, Magistrum Artium, & Sacré Theologie Professorem, nec non Serenissimi Lusitanæ Regis  
Historiographum Latinum: hic enim in li-  
bro cuius titulus est, Mens divinitus inspirata Sanctissimo  
Patri Domino nostro Innocentio X. super quinque  
propositiones Jansenii, quem Londini edidit inter  
ipsos, ut ait, tum rigidos Calvinistas, tum Armi-  
nianos, & Socinianos degens, qu. unica art. i. te-  
statut Arminianos & Socinianos, in materia de  
gratia & prædestinatione, Semipelagianos esse:  
Arminianus (inquit) & Socinianus qui quid SEMI-  
PELAGIANI SUNT, plures damnari volebant  
Jansenii propositiones. Et ait, s. circa quartam pro-  
positionem Jansenii, distinguunt inter Semipelagianos  
puros & mixtos, & docet quid primi se-  
men fidei & bonæ voluntatis in nuda natura ex  
integro ponabant; alii vero naturæ gratiam ad-  
jungebant, sed eam tamē esse dicebant, ut sub-  
jecta arbitrio, ab ea penderet; idque probat plu-  
ribus argumentis, quorum quartum sumitur ab  
eorum (inquit) exemplo, qui hodie Semipelagianis-  
mum profentur, partimque cum Pelagianis in nudis  
naturæ actibus (cuiusmodi sunt Sociniani) partim in  
natura adiuta solâ coniuncti & indifferenti gratia  
(quales sunt Arminiani) mirum meriti ponunt, ac ut-  
rique suam isdem rationibus tenuerunt sententiam,  
quibus olim Semipelagiani mixti & puri tuebantur.  
Doceant ergo NOVI SEMIPELAGIANI, quid  
de antiquis illa sententiam sit. Et infra. Cum duo sint  
errores extremi circa gratiam, unū qui eam necessi-  
tantem & irresistibilem, ut ait, facit, in quo est Lu-  
therus,

therus, & Calvinus, & Asseclæ, qui Manicheismum inveniuntur. Atque qui eam facit pedissequam, & servam voluntatis (vertibilem appellant) qui est Socini, Arminii, & Remonstrantium, à quibus est SEMIPELAGIANISMUS RESTITUTUS.

**67** Patet ergo ex hujus Authoris testimonio, cui fidem adhibere & quissimum est, utpote viro religioso, & docto, inter Thomistas & Jesuitas constituto, ac neutrius partibus, ut inquit, aliter, & qui Jansenii doctrinæ minimè adhæreat, sed eam toto hoc libro impugnet. Patet, inquam, Arminianos, non Papistum (ut ait Molina) sed Semipelagianum interpolasse, eosque, Leopardos & Pelagi-Calvinistas, posse merito nunquam cupari. Unde mirum est, tantoper Adversariū & sibi & sua Scholæ gratulari, quod defensoribus scientiæ media novi illi Semipelagiani se adjunxerint, & degeneres illæ vespæ apum examinibus se ultro miscentur. Meminile debuerat eorum quæ scriperat disp, i. c. 1. libri citati: Cū in omni fœderum genere, fides Hæretorum meritò sufficenda sit, neque unquam tuò creditur in hominibus qui Deo credere noluerunt & in hoc certè bello Theologorum adeo sunt periculosa eorum auxilia, nihil ut metuendum sit magis, quam ne cum illis, vel causa communione, vel armorum societate coniunctus esse videare.

**68** Obijicit secundò Adversarius: Amesium Calvinismi consciū, ac professorem, atque verisimilē esse Alvaris sententiam, quā homo ita liber esse defenditur, ut dissentienti tantum potentia stare dicatur cum auxilio quod ad consentiendum moverit, ex eoque validissimam, ut putat, argumentationem, quā Thomistas impletat, conficit. Sic igitur arguit: Calvinus & Calvinista rigidi, in modo libertatis quem servat liberum arbitrium, motum & excitatum diuinâ gratiâ, dissentiant à Tridentino: Amesius est Calvinista rigidus, in hac controversia de gratia & libero arbitrio, & adharet Calvinus: Ergo Amesius in predicta libertatis modo dissentit à Tridentino, Minor (subdit Adversarius) tantum egere videtur probatione, sed reverā non agit, scriptis enim Amesius post schismam Arminianorum, qui à Calvino recusserunt in hac controversia, & ita scripsit, ut eos impugnet, nec quidquam occurrit in eius scriptis, unde colligi posset dispuicuisse illi Calvini sententiam.

Iturum vero ita ratiocinari licet. Modus ille libertatis quem admittit Amesius tanquam verisimum, pertinere videtur ad Calvinismum, & consequenter non esse ad mentem Tridentini, ut probatum est: Modus ille quem admittit, ut ipse quidem fatetur, est acceptus à Didaco Alvarez: Ergo ipsius iudicio, modus Didaci Alvarez pertinere videtur ad Calvinismum, & consequenter non esse ad mentem Tridentini.

Miror hīc Adversarii artem, qui hoc quod potissimum probandum erat, cū efficax probatio deeset, ita tertum supposuit, & ita velet in transitu libavit, ut nec etiam probatio egere dixerit, Amesius in materia de gratia & libertate, rigidiorum fuisse Calvinistam. Ego contra Amesium, hac in parte, à Calvino defecisse contendō, & plura in ejus scriptis reperi, quæ manifestissimè convincant, & Calvinis & rigidiorum Calvinistarum ipsi dispuicisse sententiam. Item, ut jam & multis & sapientibus probatum est, hæc præcipua sunt in materia de gratia & libertate, Calvinisticae doctrinæ capita, ut facile etiam mecum Adversarius consentiet.

A sola sponteitate, seu immunitate à coactione, libertatem persici.

Omnem gratiam que homini in statu naturali lapsa trahitur, esse irrefessibilem.

Gratia efficaciter libertatem penitus destruit.

Bos qui per talem gratiam ad bonum supernaturale non moveantur, carere omni ad actus supernaturales elicendos potentias.

In salutis negotio voluntatem humanam Deo non cooperari.

Hæc vero indubitate Calvini principia, ita expresse Amelius reicit Tomo 4. Bellarmini enervant, ut a convincingum hominem solum qui oculos habeat, desiderare debeam.

In primis enim lib. 4. cap. 1. num. 2, hanc positionem seu Thiemum Bellarmini approbat: Arbitrium liberum constitendum omnino requiriatur libertas & necessitate, neque sufficit libertas a conditione. Et subdit. Per caluniam tribuitur noster, quod libertatem statuant à coactione tamquam suam, non enim semper qui illa phrasē utuntur, libertatem voluntatis à necessitate naturalis determinantis ad unum. Et infra: Nos concedimus liberum arbitrium, quando agit, liberum esse ab omni necessitate. Et cap. 3. num. 3. Non negamus voluntatem habere dominum sui actus, sed dominum illud subiectum & subordinatum esse dicimus primo & absoluimus domini Dei.

Secundò idem Amelius lib. 3. cap. 2. num. 1. agnoscit in statu naturæ lapsa gratiam interiorem cui de facto resistitur, & potentiam aut facultatem faciendi bonum supernaturale, in his qui actu per gratiam efficacem non moventur. Ait enim: Apud nos non omnes illi per Deo moveantur, necessario bene agunt; novimus enī multos tam extrempē quam internè moveri ad haec agendum, quicquid motionibus illis reflectantur. Ad dictum idem: Apud nos erit qui non moves tur ad hoc aut illud bonum, sive tamen potentiam aut facultatem habent faciendi bonum, quod non faciunt.

Tertiò ibidem cap. 3. num. 4. docet libertatem non tolli, sed perfici per gratiam efficacem, probaque ibidem doctrinam Alvaris disp. 18. dicentis: Per efficaciam praoperacionis gratia non destruitur, sed potius robatur & perficitur nostra arbitrii libertas. Prædeterminata Deus voluntatem ad alteram partem, non ex necessitate, sed iuxta propriam naturam ipsius voluntatis, efficit voluntas libere, sed infallibiliter semetipsam determinat ad alteram partem. Et libro 4. cap. 3. libertatum non tolli dicimus per gratiam, sed perfici.

Quartò idem Amelius libro 4. cap. 3. num. 6. ab illo errore Calvini & rigidiorum Calvinistarum, quod assertunt voluntatem in negotio salutis libere Deo non cooperari, manifeste recedit: docet enim quod Deus facit bona nostra opera, ut causa simpliciter principale: homo ut causa subordinata, & subdita virtuti & gratiae Dei.

Denique, sensum compositum & divisum intelligit & explicat eodem planè modo quod Thomistæ, non vero scut rigidiorum Calvinistarum, ut videri potest libro 4. cap. 3. num. 1. & 8.

Nullum ergo superesse dubium potest, Amelius dispuicisse Calvini & rigidiorum Calvinistarum in materia de gratia & libertate doctrinam, illumque feliciter à Calvino recessisse, quam Arminium: ille enim in Calvinismum deseruit, ut Semipelagianismus interpolari, ut supra oftensum est. Vero à Calviniana, ad Augustinianam & Thomisticam de gratia efficaci doctrinam transi-

transfici; ut ex locis jam inductis patet. Unde in forma ad primum Adversarii argumentum, ita breviter, & unico verbo respondeo, concessa Majori, distinguendo Minorem. Amesius est Calvinista rigidus, & adhæret Calvinio, in materia de gratia & libero arbitrio, nego Minorem. In aliis questionibus & controversiis, transeat Minor, & nego Consequentiam.

<sup>76</sup> Ad secundum, nego Majorem, nam tantum abest quod modus ille libertatis quem ex Altave docet Amesius (quod mirum voluntas ita sequitur Deum moventem, ut sequi non possit: seu quod potentia ad non operandum, ita simul in eodem subiecto cum gratia & auxilio quod ad operandum requiritur) pertineat ad Calvinismum, & menti Tridentini repugnat: quin potius contendo, illum esse Catholicum, & Orthodoxum, ac menti Tridentini consonum. Nec potest Adversarius id negare, nisi seipsum abneget, sibique apertissime contradicat: ait enim libro 4. contra Bajanos cap. 8. §. 7. num. 4. Luther & Calvinus, & eorum sequaces, idem sunt heretici, quia non admittunt liberum arbitrium, quale pugnat Tridentinum, nempe quod excitatum a Deo per gratiam efficacem, posse nibilominus dissentire. Et infra: Consequens ergo est, ut dicamus proximam dissentientiam potentiam, & a Tridentino sancitum, & ab hereticis heretice negatam. Idem assertit in responsione ad 17. litteram Montaltii, his verbis, que supra art. 1. retulimus: Catholici doctores inter se consentiant, gratiam per se efficaciam rege voluntatem, ut vim & potestatem resistendam non admittat; ita ut haec duo inter se componantur, gratia in voluntate, & in eadem voluntate sub gratia constituta, sufficiens non consentiendi potest; nec dubitatur quin hinc sit verus Concilii Tridentini sensus, in istis verbis, potest dissentire si velit. Quo ergo fide, & quā hinc erit hic assertum, libertatis modū quem Amesius accepit ab Alvarez (quod scilicet voluntas ita sequitur Deum moventem, ut sequi non possit) pertinere ad Calvinismum, & Tridentino repugnare? Certe ad illum verba Prospeti ad Collatorem, merito dirigere possumus: Quoquo versum te conferas, at temetipsa & vinciri & vincere.

<sup>77</sup> Obicit tertium: Twissius in libro q̄em aduersus scientiam medianam edidit, ait suam sententiam de gratia & libero arbitrio ruere, si doctrina de scientia media, sarta testa, conservetur, illa vero profligata, inconcussam persistare: Sed Twissius loquitur tunc ut Calvini Discipulus, & quidem Magistro suo impensè additus, inquit disp. 1. c. 1. num. 5. Ergo Calvinii sententia ruit, si doctrina de scientia media sarta testaque conservetur, & inconcussa stat, si illa profligeretur, & tollatur de medio. Adeo sibi ea ratiociniorē gratulatur P. Annatus, ibidem num. 12. dicat, quod hoc digna est que imprimatur in Academiarum omnium frontibus perfuso: Prostigat à scientia media, Calvinii sententiam de gratia & libero arbitrio inconcussam perspici.

<sup>78</sup> At haec facile diffantur, negando minorem, quod scilicet Twissius ibi loquatur ut Calvini Discipulus, & Magistro suo impensè additus: Tum quia toto illo libro vix meminit Calvinii: Tum etiam, quia Twissius, sicut & Amesius, a Calvino & rigidioribus Calvinistis, in materia de gratia & libero arbitrio recessit, noltrā enim libertas concordiam, cum auxilio gratiae, cum scientia divina, & decretis efficacibus, toto illo

A opere repetit ab omnipotentissima virtute, quā Deus res facit, eo quo placet modo, liberè, necessariō, aut contingenter: Calvinus verò, & rigidi Calvinistæ, ejusmodi concordiam non curant; inq̄ docent decreta & auxilia divina, ratione sua efficacia, omnem voluntatis indiferentiam, ac dissentienti potentiā consumere, ut suprà ostendimus.

Addo quod Twissius ibidem, non tam Calvini, quam Scotti Discipulum se profiteat, atque Scotti subtilitatem sibi placere, & hac de scientia Dei tractatione, Divo Thomæ anteponere, eumque vel ut ducem & magistrum sequi; unde si quae ex Twissii consortio noxa timeatur, in Scottum & ejus Discipulos potius quam in Thomistas casura est. Quae omnia Adversarius mira arte & calliditate dissimulavit, ut in Thomistas vehementius invehi posset.

<sup>79</sup> Sed quidquid sit de mente & doctrina Twissii, dico sententiam negantem scientiam medianam magis repugnare errori Calvini, magisque esse idoneam ad illum confutandum, quam sententiam affirmantem, & admittentem in Deo scientiam medium, quod hoc syllogismo evinco. Illa scientia quae negat & destruit principium in quo tota Calvinij de gratia & libero arbitrio heres fundatur, magis repugnat errori Calvini, magisque idonea est ad illum confutandum, quam quae tale principium admittit, statuit, & confirmat. At sententia negans scientiam medium, præcipuum Calviniani erroris principium & fundamentum negat, convellit, ac destruit: è contra verò sententia affirmans, illud concedit, statuit, & confirmat: Ergo sententia negans scientiam medium, magis repugnat errori Calvini, magisque apta & idonea est ad illum confutandum & evitendum, quam sententia affirmans, & admittens in Deo tam scientiam. Major videtur manu retta. Minor verò in qua est difficultas, sic ostenditur. Primum Lutherana & Calviniana heres principium, illud est: Arbitrii nostræ libertas, cum decretis & auxiliis ex se & ab intrinseco efficacibus fieri non potest: Ex hoc enim principio tam Lutherus quam Calvinus suam heresim de libertatis excidio deduxerunt; sic enim discurrerant. Secundum Scripturam, & SS. Patres, præsertim Augustinum, datus gratia ex se & ab intrinseco efficax, liberum hominis arbitrium præveniens, & ad volendum ac operandum prædeterminans voluntatem: Neque enim (inquit Calvinus) secus accipi sententia Christi potest, omnis qui audiret à Parre & didicit, lib. 2. inf. cap. 31. Unde ibidem subdit: Medium quem sapientia imaginatur motum, cui obsequi, vel quem repellere liberum sit, aperte excludi videamus, ubi assertur efficax ad perseverandum constantia. Impegit in eundem scopulum Lutherus, & ex eodem principio totam de libertatis excidio doctrinam deduxit. Sic enim in libro de servo arbitrio, postmedium, & everte mentis Philosophus, & perfidus frontis hereticus, perverse discurrit: Gratia (inquit) predicatur: Ergo liberum arbitrium tollitur. Auxilium gratiae commendatur: Ergo liberum arbitrium destruitur. Et iterum: Quorquot sunt loca in Scripturis divinis, que meminerunt auxiliū tūt sunt que

lib. 2.  
inf.  
cap. 31.

collunt liberum arbitrium. Tandemque sic concludit: *Hec est sane collectio & rata consequentia, quam nec inferiorum portae subvertent. Constat igitur Calvinum & Lutherum, suos ex eo principio errores deduxisse, atque hoc primum fundatum jecisse: Arbitrii nostri libertas, cum decretis & auxiliis ex se & ab intrinseco efficacibus stare non potest. Atqui hoc etiam principium scientia media defensores admittunt, objiciuntque toties Thomistis, nulla ratione cum iis decretis & auxiliis ab intrinseco efficacibus, posse libertatem conciliari, sed eam efficaciam esse & libertatis humane ruinam, ipsique ultimum vulnus inflictum: è contra vero Thomistæ, principium illud ut falsum, & erroneum rejiciunt, & rectè conciliari putant eam efficaciam gratia cum libertate indifferenter; imo divina voluntatis efficaciam, primam totius libertatis & contingentie radicem agnoscent si quidem ut profundè Angelicus Preceptor 1. p. quæst. 19. art. 8. ad 2. discutit: Ex hoc ipso quod nibil voluntaria divina resistit, sequitur quod non solum sunt ea que Deus vult fieri, sed quod sunt contingentia vel necessaria quae sic fieri vult. Igitur sicut qui fundamentum aliquius domus evertit, vel radicem arboris evertit, statim totam domum, & arborum destruit. Ita quoque Thomistæ perversum illud Lutheranæ & Calvinianæ hæresis fundamentum evertentes, & ad radices hujus arboris securum adhibentes, hunc errorem radicitus tollunt, & funditus evertunt. Unde nobis illud Adversarii potiori jure usurpare licet: *Hac digna est que imprimatur in Academiarum omnium frontibus persuasio, profligata doctrinæ Thomistica, Lutheri & Calvinis sententiam de gratia & libero arbitrio inconcussam perfare.**

81 Objicit quartò Adversarius testimonium Theophili Bracheri, vulgo Milleterii, qui in libro quem inscripsit, *Christiane concordia inter Catholicos & Evangelicos instituende consilium*, dum tractat de prædestinatione, de qua fidei per Christi gratiam dono, discrepantes Authorum sententias, in hunc modum repræsentat: *Singulari nec eam communem interna gratia vim, apud eos qui convertuntur à Deo adhibitant, astruunt nonnulli ex Catholicis, cum Evangelicorum plerisque, qui ab Ecclesia Romana secessionem pasti sunt. Quamquam hac quidem in parte, Sedit Romane sententia præsca, neendum immutata, B. Augustini definitio amplexa, singulari gratia defensionem retinere videatur. Communem verò paremque gratiam cum eis communicari, apud quos dispar interdum sequitur eventus, contendunt plerique omnes Catholici, & Evangelicorum iam non pauci, partim ex iis qui in Germania Lutheram Magistrum deferentes, ad communem Catholicorum sententiam redierunt; partim ex iis qui in Belgio, Arminium Doctorum sequuntur, Remonstrantes dicti, eidem sententia adiipulantur, eamque euentur mordicūs. Ita quibus verbis (subdit Adversarius) non est difficile coniugere, qui sint nonnulli illi Catholici, qui singulari illam gratiam cum Calvinis rigidioribus afferunt, significat enim Thomistæ &c.*

82 Respondeo Autorem illum hæc scripsisse, dum adhuc caliginem involutus esset, nec satis Catholicorum calleret sententias: neendum enim noverat, preter Dominicanos, omnes Patres ex calceatos Carmelitas, & à Mercede Redemptorum, Academias Lovaniensem & Duacensem, ex Clericis Regularibus, Patres Oratorii, Barnabitas, Patres doctrinæ Christianæ, aliosque

A plures, Augustinianos esse, & gratia per se efficacis defensores acerrimos. Ignorabat etiam, Arminianos, & Socinianos, ita à Luther & Calvinismo recessisse, ut ad Pelagium & Faustum Regiensem accesserint, & Semipelagianismum interpolarent, ut suprà ex Francisco a S. Augustino Macedo demonstravimus. Illud magis viderut ex calagine profectum, quod Concilii Tridentini emendationem tentaverit, quasi eius decretum cum gratia Augustiniana non admodum consentiat, & verba ita, per voluntariam receptionem gratia & donorum; sicut & ista, iuxta cuiusque dispositionem & cooperationem, ex Tridentini canonibus & decretis delenda dixerit. Sed quid hæc ad Thomistas? Quis illorum negat, hominem voluntariæ gratiam, & alia Spiritus Sancti dona recipere, atque ad illa se disponere, eique cooperari? Si quid in Milleterio dignum laude sit, illud est, quod gratia efficacis Augustinianæ, seclusa scientia media, semper fuerit vindicta acerrimus, quod ab eodem, suipius teste locupletissimo, in colloquio familiaribus apud Fontem Bellagensem habitus, ipse sapienter accepit. Nec ipsum adhuc in calagine postum latente ponit Augustini mens, sed verbis illis suprà relatis, aperte indicavit: *sedit Romane sententiam præscam, neendum immutata, B. Augustini definitiones amplexam, singulari gratia defensionem renovere.*

Antequam hunc articulum concludam, ut argumentum quod ex Arminianorum accusu ad defensores scientia media, & Twissii ac Amelii cum Thomistis consensu, in reiencia scientia media, & gratia per se efficaci amplecta, sepe repetit & inculcat Adversarius, confingatur & convellatur penitus, placet hic subiecte, & transcribere egregium P. Baroni discutit, quem habet libro sapientia me citato & laudato, de libertate humana & gratia divina. Ceterum est (inquit) *Calvinistarum sedis in tres, Gommaristarum, Arminianum, & Dordrethanum. Conciliabuli divisi sunt, primam & propter rem ad causam suæ præsidium Thomistas: Arminianum alteram, scientia media patenos advocate. Quod vero ex his Calvinistis assertoribus, putat Adversarius ab Ecclesia Catholica sensu longius absesse? Non dubito quin Gommaristas cum Dordrethanis, in Arminianum gratiam pronuntiant. Sed quid non videat, iudicium istud non carere gravi & iusta, gratia & dei sufficiens, quod Gommarista cum Dordrethanis in Thomistæ præiores, ad decreta coniugant. Arminianenses decretis infensi, uno scientia media præsidio futentur?*

*Quid ad ista dicent Catholicæ, à partium studio remotiores? Eodem loco repontent Arminianenses cum Gommaristis; & inde vel nihil malum Thomistis creari, ex Dordrethanorum in illos inclinacione; vel per periculum & dannum affecti dicent Recentioribus, ex Arminianum in illos studio & affectu. Quare vel desiderenda est hoc in Thomistas accusatio, ex Gommaristarum consensu, facta aut vero; vel subiuncta est simili ex Arminianum in illos consensione.*

*Nodum istum exolvit velim, salvâ aquitatem, neque ex praetiudicio propria sententia: Arminianenses Catholicos prouinciari, quia sibi concordes sunt, nec damnari Gommaristas quasi hereticos, quod ad Thomistarum videantur partes accedere. Si contendas ita pronuntiadum, quid Twissius, Molineus, Anefius, ex Thomistis arripiunt argumenta in Adversarios; ego huic uide*

dico intercedam , ant diversum seram , quod la-  
cibus terminus , & illis affecte Perchinis , Ar-  
noldus , Vossius , Grosius , Molinam laudent ,  
penitum dia nocturne legant , suarem sibi in Ma-  
gistrum & Patronum asciscant ; quod scientia me-  
diatis loco clypeo & teli , quod Adversarios de-  
pelant & laceant. Si dicat Ariminenses non longè  
ef regna Dei , & inde paces tuas sensa com-  
muni , quod minis ab illis factio Ariminensis abhor-  
ret ; idem de Gomaristarum in Thomistis propen-  
sione , prejudicium pro nostra sententia arripiam.  
Igitur hic quo Marte aeternum certabimus , nisi a-  
fundebitis Ariminenses Calvinistas , aquitare cau-  
se disceptis esse superiores . Sed hoc non evinces ,  
ni clings vos longius , quam Thomistis ab errore  
defici , quod unum nostrum controversie caput est , ha-  
bitum non probatum , neque illa confessione hereti-  
corum unquam excedendum . Nonne prestaret hic  
rumpacis presere , quam eterna discordia semi-  
nister & favere ? Per me non stetit , qui per-  
petuam pacem inceamus , in commane Ecclesia Ca-  
tholica bonum , cum aliqua cause nostra nostra , com-  
pensa utilitate religioso . Ego sane nihil dubito  
pliciter , meo , omniumque Thomistarum nomi-  
ni , Ariminenses pro Catholicis nos habitos , si  
duis erroribus abdicatis , ad Ecclesiam redeant ,  
quoniam ad partes Molinae de gratia , prædestinatio-  
ne , & libero arbitrio accedant . Sed à vobis exigo  
fimilestadium pacis , nec vobis hereticis sint Amelius ,  
& Molinus , quamvis de gratia , prædestinatio-  
ne , & libero arbitrio , cum Divo Thomae , Alva-  
rio , aliisque Thomistis , idem inquit & sentire vi-  
si fuerint ; neque hoc nomine , si cateros errores e-  
pjuerint , ab Ecclesia exclusos velitis . Has utrin-  
que conditiones pacis acceptas habeamus , nec nimio  
prejudicatarum opinionum amore , incendium , quod  
à multis annis flagrat Ecclesia Catholica , morem  
extingue , vel augemus . Per me non stabit ,  
qui a matris accusationibus , in Religionis Catho-  
licae pernicie , & Hereticorum scandalum absti-  
nemus ; nec Ariminenses nos depellemus , quod  
scientia media patent i.e. sibi munire ad avitam Ec-  
clesie fidem , dimmodo vos eodem animo excipiatis  
Gomaristas , & Dordrethanos , si à suis errori-  
bus patiantur decretis Schola Thomistica , se ad fidem  
Catholicam trahi . Certe à nullius agam equum  
pacis inveniendum medium rejeci potest , nisi ab ipsi ,  
apud quos præjudicatarum opinionum amor , adver-  
sus antiquæ traditionis , & tranquillitatæ Ecclesie stu-  
dium invaleat.

## ARTICULUS VI.

Quæ ex Catholicorum testimonio Adver-  
sarius obicit , breviter diluuntur .

**V**Alidius argumentum objici Thomistis vi-  
detur , ab iis Authoribus petitum , quorum  
pietas & religio recusare autoritatem vetat .  
Objicit itaque in primis Adversarius , quod an-  
tequam nasceretur Calvinus , Thomas Walden-  
si , Carmelitarum in Anglia Provincialis , tomo  
primo doctrinalis fidei , querebatur magnos ali-  
quos viros periculose philosophari in admit-  
tendone necessitate agendi , quæ foret extra homi-  
nis potestatem , & penes Deum nisi autem qui a-  
lli esse possent , præter Thomistas , è quorum  
Schola circa illa tempora prodidit Bravardinus ,  
is cuius doctrinam tantopere ac tam sèpè lau-

A dat Twissius , sicuti jam nascituris faveret  
Calvinistis ?

Admodum etiam scire cupit Adversarius ,  
quinam illi sint quos indigitat Dominicus Soto ,  
dum dicit libro primo de natura & gratia ca-  
pite decimo quinto . Quin etiam sunt inter Cathe-  
licos , quos vivâ voce dogma hoc afferentes , nobisque re-  
clamantibus , defensantes audivimus ; puta quod Deus  
quædam nos vi ac necessitate ad se perrabat ; ita ut in  
nostra conversione merè habeamus nos passi , &  
receptivi , de quo idcirco Sacrosancta Synodus sessione  
sexta . Nimirum (subdit P. Annatus) idem erant si-  
ne dubio quorum meminit idem Soto capite sequenti ,  
dam dicit : Sant ergo inter Scholasticos , qui docent , po-  
sito concursu Dei , non esse utrumque in potestate vo-  
luntatis agere & non agere ; ob idque secundo ajunt ,  
hujusmodi concursum non connumerari inter requisiti  
ad agendum : imò dicunt , ut suâ ut amur voce , con-  
comitari actionem ipsam . Horum autem duorum , vel  
utrumque nunquam intellexi , vel neutrum unquam  
credam . Quid autem crederet , explicuerat paulo ante  
his verbis : In adultis reddenda est proxima causa , cur  
cum duos agere sit Dei paratissimum convertere , præ-  
sentissimique utrumque misericordia aspirer , hunc  
trahat , illum non trahat : que revera reddi non potest ,  
nisi quod alter præbet assensum , & cooperatur , alter  
vero minimè .

Hoc tebimoniū viri primarios Inter Tho-  
mistas clarissimi , facit ut Adversarius credat , a-  
more veritatis magis quam partium , scripsisse  
Bellarmine id quod legitur libro I. de gratia  
& libero arbitrio cap. 12. nempe quod senten-  
tia quæ docet gratiam efficacem esse qualitatē  
Dei physicam , quæ determinat voluntatem ad  
volendum & eligendum bonum , videretur aut es-  
se omnino eadem cum errore Calvini & Luthe-  
ri , aut parum ab illis differre .

Idem sensisse Cardinalem Perronium probat  
ex Authore Galliae purpuratae , qui refert ipsum  
Clementi VII. ad partes Dominicanorum inclini-  
anti , pro physica gratia motione , significasse  
se impetraturum ab omnibus Europæ Sectariis ,  
ut huic determinationi subscriberent .

Denique inter ipsos quoque D. Thomæ disci-  
pulos , nonnullam esse hujus cum Calvinistis  
concordiæ suspicionem , probat ex Campanella ,  
qui in libro de prædestinatione & reprobatione  
testatur plerosq; ex Calvinistis gloriari de con-  
fessu cum Thomistis , in materia de gratia &  
prædestinatione , & ex Joanne Gonzale , & Joanne  
Vincentio , qui à communī Thomistarum  
sententia recesserunt , ne Calvinismi notam , vel  
suspicionem incurserent .

Hæc omnia P. Annatus objicit , quæ veluti ag-  
mine factio opponere placuit , ut majores vires  
habeant . Hæc tamen non multum urgent , neque  
insidandum erit , ut solvantur .

Ad primum igitur respondet Thomam Wal-  
densem , magnum suæ patriæ & familiæ Carme-  
litana ornamentum , præfato libro doctrinalis  
fidei , disputare contra Wicleffum , qui jam Cal-  
vino præludebat , dicebatq; Dei præscientiâ tol-  
li liberum arbitrium , & omniancessariâ , neces-  
sitate absolutâ contingere : unde ibidem con-  
queritur , magnos aliquos viros huic errori fave-  
re , eo quod illi etiam ex divino decreto necessi-  
tatem quandam absolutam & præcedentem in  
actus humanos invehérēt . Sed quid hæc ad Tho-  
mistas ? An fortè eandem necessitatem ex divinæ  
voluntatis & motionis efficacia in actus nostros  
derivarri existimat ? Sæpius diximus , esse om-